

praefectus urbi Constantinopolitanae inde ab a. 589, capite punitus est (Zos. 4, 52 al. cf. Tillemont 5, 558 seq.), hoc a. 595, quo memoria eius in integrum restituta est (cf. cod. Theod. 9, 58, 9). — Pro Πρόζλος requiritur Πρόζλω, idque fuit sine dubio in lapide ante rasuram.

822 d. n. Ael. Eudoxiae semper Augustae | v. c. Simplicius praef. urb. dedicavit.

[Κί]να πορφυρέην καὶ ἀργυρέην βασιλείαν
 δέρξω, ἔνθα πόλῃ θεμιστεύουσι ἄνακτες·
 οὖνομα δ' εἰ ποθέεις, Εὐδόξια· τίς δ' ἀνέθηκεν;
 Σιμπλίσιος, μεγάλων ὑπάτων γόνος, ἔσθλὸς ὑπαρχος.

Constantinopoli in basi columnae quam Eudoxiae, Arcadii uxori, dicatam esse a. 405 iuxta ecclesiam S. Sophiae auctores tradunt, nunc basis in opere posita est, non longe a loco antiquo, in ecclesia S. Irenae (III 756 descr. Frick, qui reperit, et Mordtmann). — De turbis factis cum dedicaretur haec statua, quae Iohanni Chrysostomo causa fuerunt exilii a. 404, cf. Tillemont 5, 470.

823 Theodosii iussis, gemino nec mense peracto,

Constantinus ovans haec moenia firma locavit.
 Tam cito tam stabilem Pallas vix conderet arcem.
 + Ἡμασιν ἐξήκοντα φιλοσκήπτρω βασιλῆι
 + Κωνσταντῖνος ὑπαρχος ἔδε[ί]ματο τείχει τεῖχος.

Constantinopoli supra portam hodie dictam Mevlewhane Jeni Kapu (III 754 cf. p. 990). — 1) A. 447 intra tres menses urbis Augustae muros olim terrae motu conlapsos, Constantino praefecto praetorio operam dante, reaedificatos esse tradit Marcellinus comes.

824 [pr]incipis hanc statuam Marciani | cerne torumque |
 [praef]ectus vovit quod Tatianus¹ | opus.

Constantinopoli in basi columnae vulgo dictae Kyss-Tasch i. e. columna virginis (III 758 ad exemplum accuratum Ioannidis). — 1) De Tatiano praefecto urbis Constantinopolitanae a. p. C. 431 cf. Tillemont 6, 245. 292.

Tituli regum Gothorum.

825 salvis domi[no n.]¹ | Augusto et gl[oriosissimo rege] Theoderico, Va | ex com. domest[icorum] . . . | in atrio liber[tatis]² | quae vetus[tate]|[q]ue confect[a erant | re]fecit.

Romae in ecclesia S. Hadriani ad forum (VI 4794 ad unicum apographum Cittadini; cum eiusdem falsis supplementis Orell. 1454). — 1) Perit nomen aut Anastasii aut Iustini. Ceterum in hoc solo titulo una cum Theoderico memoratur imperator Orientis. — 2) Cf. Mommsen Herm. 25 p. 651.

826 rex Theodericus, favente d(e)o et bello gloriosus et otio, fabricis suis amoena coniugens, sterili palude siccata, hos hortos¹ suavi pomorum fecunditate ditavit.

Ravennae (XI 40 semel descripta ab ignoto auctore ante saec. IX, cuius exemplum servavit Scaliger). — 1) Hortos hos Ravennates plenos arboribus pomiferis memorat (ut olim Mommsenum monuit per litteras Gutschmidius) Iordanes Get. 22, 450.